



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Vigesima nona Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Aprilis 27.

N A T A L E S

rum, sed immoderatum inde salarium exigebat. Quapropter episcopus largis encænijs à filio arcum magisterium didicit, & ecclesiam in Dei genitricis honorem perfecit. Hac de causa Friso, inuidiaze zelo episcopum, post Missatum solennia domi orantem, cultro de manica educto, instigante diabolo trucidauit. Qui in ecclesia à se fundata celeberrimè sepultus est.

Hanc autem basilicam à fundamentis construxit secundum moenia ciuitatis, ad similitudinem ecclesiarum iuxta muros urbis Mediolanensis in eius honore dicatarum, & per eum, cum interesset expeditioni Henrici Imperatoris, datus. Quam abunde dotauit.

Eidem dictus Henricus quartus contulit Comitatum in Stauero, quem Ekbertus Marchio ob perfidiam amiserat. Sub eodem episcopo aucta Traiecti basilica diuini Petri in montibus, incuria aulicorum Imperatoris predicti. Quod ille suis peccatis imputans, cum Bertharegni & thori sociis ecclesiarum combustæ tradidit prædium Bruocum vniuersis appendicijs.

Sigebertus scribit occisum esse Contadum feria quarta Paschæ. Ex quo colligitur Beccanum, à Suffrido editum, mendosè referre cædem ad octauas Kalendas, nam eius anni litera Dominicalis fuit B. ut cognoscitur ex calculo, & ex victoria captæ Ierusalem, quæ fuit feria sexta eiusdem anni, decima quinta Iulij. Itaque retinenda est lectio manuscripti codicis, quo usus sum in his annotandis.

Vigesima nona Aprilis.

De beata Aua.

Ex monumentis Dononij.

DOnonij, festivitas sanctæ Aue virginis. Sic enim habet antiquum eius loci Martyrologium. Ceterum quia non est canonizata, in Calendario Breuiarij scriptum erat: Commemoratio sanctæ Aue: sicut pro defunctis. Nec peculiare aut singulare est huic loco, pro ea orare quæ inter sanctas, quamvis præter canonizationem, honoratur; sed alibi etiam obseruatur, circa Vualbertum, Pipinum, Idubergam, non tamen absque doctorum quorundam

dam admiratione, & tacita contradictione. Qualis autem fuerit beata Aua, paucis indicat Donosiensis ecclesia, ad secundam diem Septembri, quando elevationem recolit sanctæ Ragenfredis. Erat opibus affluens, sed Dei iudicio cæca, ad declarandum sanctæ Ragenfredis meritum. Cum enim multa Sanctorum loca, visum experens, donatione honorasset, tandem ab angelo monetur, ut pro visu recipiendo sepulcrum & reliquias sanctæ Ragenfredis non negligat. Obtento autem lumine, prædia sua, seruos, ancillas, & omnem sui iuris supellecilem, ad sepulcrum sanctæ Ragenfredis obtulit. Ecclesiam sanctæ Mariæ meliorari, & ad eam beatas medicæ suæ reliquias transferri fecit: Ibi etiam, sacro velamine assumto, usque ad finem vitæ Deo militauit, & locum sepulcri in ecclesia sancti Martini, cum sanctis Dei inibi tumulis, promeruit.

a. Item Carol. martyr.

Die trigesima Aprilis.

I^o. De sancto Forannano, episcopo C^o
fundatore Vualiodorensis monasterij. ^{xiv}
Ex monumentis ecclesia Walciodorensis, quæ diligenter
ad me transcripsit Paulus Thenon, superior Hasterie,
sub abbate Walciodorensi.

IN venerabili, perpetuæ virginis matris Dei, Walciodorensi basilica, depositio egregij sanctissimiique episcopi & abbatis primi F O R A N N A N I. Qui in Scotia nobili prosapia oriundus, à teneris annis optimis moribus & artibus est imbutus. Vnde in clerum ascitus, populi & cleri suffragio, ad archiepiscopatus fasces pertractus est, in ea ciuitate quæ Scotigenarum lingua tunc Dominormor, totius yberniæ & Scottiæ metropolis, nuncupabatur. Verum peractis annis aliquot in eo pastorali regimi, e, angelica visitatione monetur, trans mare Vallem decoram adire. Nec

mora,